Fred. de Marselaer
Dno de Parck ex
Bruxellae.

572

463.

Nobilissime ~~vir~~, Dni;

Scribo haec ad te infirmâ et adhuc penè vacillante manu à graui morbo, qui totos me duos menses lecto, totos tres domui inclusit. Fecit hoc ut pauculis te compellem, et oblato quod vides immenso volumine, cuius nimirum debiti reus à te discessi, hoc ~~[illegible]~~ unum rogem, ut in eorum censu admittere me digneris qui et virtutem tuam perspexerunt et eruditionem in illa fortuna longè rarissimam aestimare norunt quanti debent, amicitiam verò culturi sunt ~~quamdiu~~ constanter quamdiu sciueris. Vale vir eximie et me ama. Hag. Com. X. Kal. Feb. MDCLIIX.

Obseruantissimus tu.

[illegible]